

und darff sich nicht von solcher bisherigen Leibeigenschaft
 loskauffen, wird auch an dem Ort, wo sie sich hernach im
 land (wann das Läger-Buch nichts anders vermag) wieder
 einlässt, und allda mit Tod abgeheth, nicht verhauptrechtet.
 Et plura forsitan hujusmodi exempla facile adduci possent,
 nisi nos pedem proferre juberet chartæ angustia. vid. interea
 Lehmann. in der Speyerischen Chronic. Lib. 4. cap. 22. ubi
 hujus servilis conditionis etiam illos, qui olim Spiram atque
 Wormatiam aliunde venientes habitatum concesserunt, fuisse
 testatur; add. Besold. Politic. Lib. I. Cap. V. §. 5. n. 27. ubi, & sunt
 hodie in Germania domini nonnulli, ubi, qui in subditum recipien-
 dus est, simul fit homo proprius. scribit, nec non in Comment. ad
 Ordinac. Provinc. Wurtenb. Tit. vom Burger-Recht. pag. 14. n.
 24. ubi adhuc hodie in Germania nostra, & præcipue West-
 phalia, ex singulari statuto usuque recepto, tales subditos, qui
 quasi glebæ adscripti, invito principe vel domino extra ter-
 ritorium abire, Juriq. civitatis renunciare nequeant, inve-
 niri asserit, quod & ad illos qui apud Saxones **Lassen**, & apud
 alios *Manentes*, **Hübner**, appellantur, imo & ad illos qui cer-
 ta solum tuguriola Nobilium in pagis inhabitant, **Häußler**,
Köhtner, **Lohn und Erbtrescher** post Stamm *de Servit. Person.*
Lib. 3. Cap. 3. n. 8. Philipp. Knipschild. *de Civitat. Imper. Lib. II.*
Cap. 29. num. 162. & seqq. extendit Philippi *in Usu Practico Inst.*
Eclog. 38. n. 5. Postquam enim hujusmodi inquilinus hunc in
 finem a domino suo in tuguriolum recipitur, quo sibi ope-
 ras ad culturam agrorum & tritrandum frumentum certa
 mercede locaret, mutua inter dominum & inquilinum obli-
 gatio moribus quorundam locorum vel tacite contracta esse
 intelligitur, ut ipsi a loco amplius recedere non liceat;
 quin imo in Pomerania ex constitutione Ducis Philippi *de Ao.*
 1616. illi, qui a certo quodam hominum genere, **der Frey-**
B **schul-**